












NOSCA
ROLVS
SEXTVS
DIVINA
FAVENTE
CLEMENTIA
ELECTVS
ROMANORVM



IMPERATOR
semper Augustus ac REX
Germaniae Hispaniarum,
Castellae, Arragonum, Re-
gionis, utriusque Siciliae,
Hierusalem, Hungariae,
Bohemiae, Dalmatiae, Cro-
atiae, Slavoniae, Ramae,
Serviae, Wallitiae, Lodo-
meriae, Rumaniae, Bulga-
riae, Navarrae, Brannatae,
Solen, Valentiae, Balleuae,

MAIOR ARDOR

HISPALIS, SARDINIAE
Cordubae, Corsicae, Murtiae, Giennis, Algar-
by, Algecirae, Gibraltaris, Insularum, Canariae,
nec non Indiarum Orientalium, et Occidenta-
lium, Insularum, ac Terrae firmae, Maris Oce-
ani, et Archidux Austriae, Dux Burgundiae,
Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae,
Carniolae, Lucemburgi, Wierthembergae, et
Thecae, superioris et inferioris Silesiae, Athe-
narum, et Neopatriae, Princeps Sveviae, Mar-
chio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, Mora-
viae, superioris et inferioris Lusatiae, Comes
Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Barchinonae,
Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Rosilionis et Ce-
ritaniae, Landtgravius Alsaciae, Marchio, O-
ristiani, et Comes Gocceani, Dominus Mar-
chiae Slavonicae, Portus Naonis, Bysciae,
Molini, Salinarum, Tripolis et Mechliniae,
et MEMORIAE commendamus tenore
praesentium significantes, quibus expe-



dit universis. Quod cum inter diversa Virtutum Impera-
toriarum Munia atq; Officia, quibus Thronus Principis
circumscriptus, sublimioris eminentiae radios longe lateq;
per universum Orbem dilatare consuevit, non postremum
locum sibi vindicare soleat peruetus, eaq; laudatissimam
Diuisi Praedecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus
& Regibus in eo usitata semper Consuetudo, ut eum Hono-
rum et Dignitatum incrementa ab Imperatoria Maies-
tis splendore, tanquam lumen a sole emanarent, singu-
larem adhiberent curam, quo munificentiores in determi-
dis cuiusmodi Honoribus se erga eos praeberent, qui in mi-
nim ab honesta Stemmatis origine, sed etiam a praeclearo
Vita instituto, & Virtutum Studio, meritorumq; orna-
mentis sibi commendarentur. Idque non solum eo sine
ut dignum illi proemium se consecutos sibi gratulari
possent, sed ut alij quoq; ipsorum exemplo accensi, at-
que inflammati, ad laudabilia quaq; Virtutum Certi-
mina feruenti Studio concitarentur. Quorum lauda-
bile exemplo. Vix pariter, postquam ad excelsum hocce
Imperatoriae sublimitatis fastigium natus Divini Numi-
nis euecti sumus, insistere cupientes, nihil prius aut an-
tiquius habemus quam ut ornamenta praestantium Vi-
rorum, quos Virtus & meritum edulgi sorte segregauit
quantum occasio, & rerum ipsarum Status expit, auge-
amus, & accumulamus. Hinc benigno reuelantes ani-

mo constantem fidem & fidelitatem, fideliumq; Serui-
torum merita Fideles nostri **RAYMONDI** le **PLAT**
quae Idem pro locorum & temporum Varietate, atq; oca-
sionum exigentia gloriosa memoria Praedecessoribus no-
stris, Atq; Domui, ac iam Maiesitati quoque nostrae
fideliter & constantiter exhibuit & impendit, ac imposse-
rium etiam pari fidelitatis & constantiae seruiore se ex-
hibiturum & impensurum pollicetur. Quemadmodum
etiam Majores Antenatiq; Eiusdem, praecipue autem
Genitor Ipsius olim in Flandria Augusta Domui nostrae
non contemnenda praestituerat probare fidei ac debitae
fidelitatis documenta, ideoq; grauissimas Hostium per-
secutiones, ingenia damna, imo amissionem quoq; Bo-
norum facultatumque suarum subire debuissent, sed
& benigne perpendentes eundem **RAYMONDUM** le
PLAT in obsequio Serenissimi ac Potentissimi Princi-
pis **Frederici Augusti** Regis Poloniae, Ducis Saxoniae
Saceris Romani Imperij Archi-Mareschalli, & Principis Bo-
lectoris, in Militari atq; ac Ciuili Architectura plurima
sibi acquisiuisse, & comparasse merita. Cum igitur ob-
id, cum vero attentius considerantes propendimus Ipsius
RAYMONDI le **PLAT** tantum, singularemque
quendam erga pre-memoratum Regnum nostrum Hunga-
riae Nationemq; Hungaricam affectum, quibus eundem
innotato Regno nostro Hungariae Sacrae eiusdem Co-



rona deinceps quoque fideliter et constanter seruire cupe-
re atque velle benignè cognouimus. Eundem itaque **RAY-**
MUNDVM le **PLATT**. Ipsiusque Hæredes & Posse-
ritates utriusque Sexus uniuersos legitimè descendentes,
de Casarea Regia Potestate nostra plenitudine & gratia
speciali, in ceterum ordinem & consortium verorum anti-
quorum & indubitatorum antedati Regni nostri Hungariae
& Partium eidem annexarum Indigenarum, ac simul No-
bilitatem recipiendum, aggregandum, cooptandisque duximus
& annumerandos. Ita nihilominus & ea expressa cum
condicione, ut Idem **RAYMUNDVS** le **PLATT**,
per præmissum Indigenatum Iuramentum seu homagium
deponere, hecce humiliter modo: Ego Raymundus le
Platt. Quoniam Sacratissima Casarea atque Regia Ma-
iestas Dominus Dominus meus Clemensissimus, me ad
meam humillimam supplicationem, in numerum & con-
suetudinem verorum huius Regni Hungariae Indigenarum cre-
are recipere & acceptare dignatus est. Ob hoc Iuramentum **DE-**
VVM vivum, & gloriosam **DEI** Genitricem **Virginem MA-**
RIAM, & omnes Sanctos & Electos **DEI**. Quod ego præ-
fata Casarea Maiestati tanquam Regi Hungariae, et
eiusdem Maiestatis Casarea Successoribus, similiter Hun-
gariae Regibus legitimè coronatis, ac Sacrae eiusdem Regni
Hungariae Coronae, & toti Regno perpetuam fidem & fi-
delitatem observabo, ac iura, Libertates, Privilegia, Decre-

ta, Consuetudines, & alias omnes Immunitates in hoc
Regno Hungariae observatas, nullis viis directis vel indi-
rectis, palam vel publice, Consilio factis, vel alio quouis
modo violabo, aut turbabo, sed toto posse meo, etiam si
res ita postulauerit, cum Vita mea extrema necessitate
timebor et conseruabo, Iuribusque, Decretis & Consuetudi-
bus eiusdem Regni in omnibus semper parebo, & obedien-
tem me exhibebo, Dominia, Metas, & Terminos eiusdem
Regni Hungariae, et Partium ei subiectarum ab eodem Re-
gno nulla ratione abalienabo, & abalienata instar alio-
rum Regnicolarum recuperare enitar. Ad quæ omnia
præmissa observanda me, & meos Hæredes obligo, & ob-
stringo. Sic me **DEVS** adiuuet, Beata Virgo **MARIA**
& omnes Sancti. Quod prædicto modo depositum, & conse-
cratum superius Literis Testimonialibus extractis, Consti-
tutionibus etiam præfati Regni nostri Hungariae super
præmissum Indigenatum sanctis satisfecit, ac proxime af-
futura eiusdem Regni Diata tempore pro inferendo de
more publicis ipsius Regni Articulis et Constitutionibus
Eiusdem nomine semet coram Statibus & Ordinibus præ-
fati Regni nostri Hungariae sistere ac præsentare, ac
ea omnia & singula, quæ in prædicto Iuramento continen-
tur, rite observare debeat ac teneatur, Hæredesque ipsius et
Posteritatem utriusque Sexus uniuersam iunctim ad
stricti & obligati. Annuentes, & ex certa nostra scien-



ac reputari volumus & mandamus ferre gestare, illisq[ue]
in eorum uti, frui, & gaudere possit ac valeat, Haredib[us]
& Posteritatib[us] Ipsius utriusq[ue] sexus universi valeant
atq[ue] possint. Imò recipimus, cooptamus, aggregamus, et
in veros Indigenas, ac simul Nobiles creamus, conferti-
mus & concedimus praevenium per vigorem. In cuius
rei memoriam firmitatemq[ue] perpetuam, praevenis litteras
nras Privilegiales, manu nra subscriptione, et duplici
Privilegiatis Sigilli nri, quò ut **REX** Hungariae utimur,
impendentis munimine roboratas eidem **RAYMUNDO**
le PLATT, Haredib[us]q[ue] & Posteritatib[us] Ipsius utriusq[ue]
quò sexus universi gratiorè emanari committimus. **D**
I **T** **M** per manus Amici & Cognati nri Nobis synecere ac
intime dilecti, Reverendissimi in **CHRISTO** Patri ac Sere-
nissimi Domini **Christiani Augusti**, Sanctae Romanae
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis, Nationis Germanicae Protec-
toris, Archi-Episcopi Strigoniensis, & Sacri Romani Impe-
rij Principis, S. Sedis Apostolicae Legati nati, Primaris Regni
Hungariae, eiusdemq[ue] Summi & Secretarii Cancellarii, Episcopi
patrii Iauriensis Administratores, Comitatum Strigoni-
ensis & Iauriensis Supremi ac Perpetui Comites, Duceis Sa-
xoniae, Iuliae, Claviae, & Montium etiam Angariae et West-
phaliae, Landgravijs Thuringiae, Marchionis Misniae, su-
perioris, inferiorisq[ue] Lusatiae, Comitis Principis Hencher-
genis, Metropolitanae & Electoralis Ecclesiae Coloniensis

Præpositi & Thesaurarii, Comitis Marchiae et Ravensper-
ga, Domini in Ratenstet, Ballivus Thuringensis, Secum
tenentis, & actualis Intimi Consiliarii nri, in Archiduca
li Civitate nra Vienna Austriae, die decima septima Men-
sis Iulij, Anno Domini millesimo septingentesimo decimo
sexto, Regnorum nrorum Romani quinto; Hispaniarum
decimo tertio; Hungariae vero, Bohemiae & reliquorum An-
ne sexto, Reverendissimis, Serenissimo ac Venerabi-
libus in Christo Patribus Dominis, prefato Christiano Au-
gusto, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinale Prin-
cipe Metropolitanae Strigoniensis, ac Emerico & Comitibus
Czakv, Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Canonice ut-
nitatum, Archiepiscopo, Comite Gabriele Antonio Erdö-
dy, Agriensis, praelibatis Christiano Augusto Iauriensis;
& Emerico Czakv Varadiensis Administratores; Comi-
te Ladislao Adamo Erdödy Nitriensis; Fratre Emerico
& Comitibus Esterházy, Sagrabiensis; Comite Ottone Jo-
anna Baptista a Völcker Weßprimiensis; Fratre Ladislao
& Comitibus de Nádasd Granadiensis; Comite Guilielmo
László, electo Vaciensis; Comite Adamo Benedicto Ratkaj
Segniensis, & Medruziensis seu Corbauiensis; Comite Fran-
tisco Wilhelmo a Newelrod, Quingis-Eckstadiensis; Georgio
Gillanij Lininiensis, altero Georgio Libero Barone Marton-
fi Transylvanienis; Patre Bakich electo Bovenensis, et La-
dislao Pyber electo Almiciensis Ecclesiarum Episcopis Be-



cleris DEI feliciter gubernantibus. IT EM Spectabilibus
 ac Magnificis: Comite Nicolao Pálffy ab Erdöd, Iudice Cu-
 manorum: Hurei Velleris Equite, duci Regni nri Hungarie
 Palatino & eumrentente nro Regio: Comite Stephano Ko-
 harij de Crábrág Iudice Curia nra Regia: Comite Ioane
 Pálffy a prajíta Erdöd, antelatozum Regnozum nrozum
 Dalmatia Croatia, & Sclavonia Banio: Comite Sigismun-
 do Cráky de Kereváreg Tavernicorum: Comite Marco Czo-
 bor de Czobor Szent Mihály Ianitorum: Illustri Sacri Ro-
 mani Imperij Principe Micháele Eszterházy de Galántha
 Curia: Comite Francisco de Batyán Perpetuo in Nemetk-
 uisvár Pincernazum: Comite Ioanne Kéri de Ipolker Aga-
 zenum: Comite Ioanne Draskovich de Trakostyan Cubi-
 culariorum: Comite Petro Zieby de Vádenkő Dapiferorum
 nrozum Regalium per Hungariam Magistoris ac preliba-
 to Comite Nicolao Pálffy a repenra Erdöd. Comite Rodenien-
 si, ceterisq; quam plurimis totiusq; fani Regni nri Hungarie
 Comitibus tenentibus & **H O N O R E S**

*Carolus de Saxonia Archiep:
 Prigor et princeps.*

Radislaus Hunyadi



